HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh.
Seite 223v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



sup eas. et iudicium datum est illis. Thronus greece. latine dicitur sedes.
Per sedes vero generalis ecclesia exprimitur. per sessores autem sci intelliguntur
predicatores. id est duodecim apli. et omnes qui perfecta illorum urita sunt imitati.
Nam de his sedibus propheta dicit. Illic sederunt sedes in iudicio. ipsi enim
sunt sedes. quia in eorum cordibus dei sedet et ipsi sedebunt in iudicio. quia alios facta
iudicabunt. Et isti cum domino venturi sunt ad iudicium. iuxta quod eis ipse dicit.
Sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israhel.
Nam nec etiam sedent et iudicant quia potestatem in petro apostolo acce-
perunt. cui dictum est una cum ceteris. quod cumque ligaveris super terram
erit ligatum et in celis. Datum est eis iudicium id est potestas ligandi
atque soluendi. Querit autem quare superius singularium unum
ponit sedem dicens. ecce sedes posita erat in celo. et hic pluralitatem
sedes enumerantur. Non autem hoc iudicium ad illud generale pertinet
sed ad presens tempus quo iudicant inter bonos et malos. Et animas subaudis decollatorum
intelligit omnium sanctorum siue scilicet qui spiritaliter in anima
sunt mortui siue corporaliter pro domino iugulati. per ingenium martyrii gladii.
Propter testimonium ihu. et propter uerbum dei. Hac enim sola causa interficiebantur. quia confitebantur xpm. dm. et hominem. et quia no
lebant adorare diabolum. Ihc quippe proprium nomen est hominis
assumpti. et interpretatur saluator. eo quod suum pplm. saluum faciat a
peccatis eorum. Verbum autem dei. diuinitas intelligitur filii dei. inquantum aequalis
est patri. Propter testimonium quod ihu. et propter uerbum dei. id est propter
fidem humanitatis et diuinitatis eius interfecti sunt. Qui autem
animas decollatorum specialiter uisse dicuntur. cum hii solummodo
cum xpo sunt regnaturi. Hi martyres propter excellentiorem dignita-
tis gradum. Erunt quippe uirgines ibi coniugatis et ceteris sed
maiorem glam habebunt hii. qui martyrium pro xpi nomine
passi sunt. De quibus adhuc subdit. Et qui non adorauerunt
bestiam. nec imaginem eius id est anti xpm. nec acceperunt